63

manducabis cunctis diebus uitę tuę; tu eius obseruabis
calcaneum/ & ille tuum obseruabit caput; Quis autem ser
pentem maledixit ut in pectore & in uentre graderetur
& terram manducar& omnibus diebus uitae suae; pecus
maledixit/ quia in ipsis consistit cor quod concupiuit malum;
Uentrem uero nominauit qm̄ p escam seduxit; terram autem
manducare omnib; diebus uitae suae; terrenos homines habebit
subiectos qui suae oboedierunt uoluntati magis quam praeceptis
dī. acceperunt ergo tres sententiam qm̄ & tres sunt praeuari
cationem operati; Sicut ergo praeuaricatio p lignum/ ita & salus
p lignum; pro his autem omnibus gratias agamus dō p xp̄m dn̄m
nostrum; cui est gloria in saecula saeculorum amen;

EXPL DE CRUCE DOMINICA.

INCIPIT DE ASCENSIONE SALUATORIS XIIII

QUANDO DE CRUCE NOSTRA PROCESSIT ORATIO FORAS
a ciuitate solemnitatē caelebrauimus/ & nunc quando de
crucifixi ascensione tractamus praeclarum diem & omni lae
titia coruscante/ fines ciuitatis egressi/ summa cum gratula
tione caelebramus; & hoc non ad contumeliam ciuitatis/ sed
ad honorem obseruatur sc̄orum; plenos causa dissimulationis
accussent dicentes/ quod pro dn̄o sensimus uniuersator mentis;
Uexantium manib; nostra uidimus ossa carne nudata; patien
tia nostra tortor cessit iratus; Libenti animo pro xp̄o noster san
guis effusus est/ Decisa capita sunt pro eius gloria haec omnia me
ruimus sustinere; Haec mysteriorum arcana in nostris taber
naculis caelebrantur; Ideo dilectissimi fratres hodie ad loca
conuenimus beatorum/ ad sc̄orum habitacula festinamus.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0131